

retur, scriptis ad Lutherum literis petierit, ut ad Landgravium Hessorum Philippum scriberet, eumq; contra Sacramentariorum insidias confirmaret: Schnepfium enim sibi narrasse, urgeri Principem assiduis Sacramentariorum literis & sollicitationibus: Opus igitur esse Lutheri literis, quibus optimus Princeps admoneatur officij, ne oneret suam conscientiam impij alicuius dogmatis defensione.

73. Mense insequente proximo idem Philippus & Brentius Landgravio fraternitatem cum Sacramentarijs incundam ac colendam suadenti, per literas, causas planè graves & evidentes exposuerunt quibus moti, Landgravij petitioni locum relinquere minimè possent.

Cælest. p.
1. f. 65. b.
Hist. C. A.
p. 138. &
146.
Chytr. pag
161.
Cælest.
pag. 288.
b.

74. Post Confessionem nostram iam exhibitam: de Cinglianâ Confessione hunc in modum scripsit ad Lutherum Philippus: Zuinglius misit huc Confessionem typis expressam, diceres simpliciter, mente captum esse. De peccato originali: De usu Sacramentorum, veteres errores palàm renovat: De Ceremonijs loquitur valdè Helveticè, hoc est, barbarissimè, velle se omnes Ceremonias esse abolitas: suam causam de Cœna vehementer urget &c.

75. Et haud multò post ad Bucerum in eandem propè sententiam: Zuinglius huc misit

20